ca xix

ut ossa agni paschalis non frangerentur ut sic etiam veritas correspon-
deret figure / quia veri agni ossa non sunt fracta moriente ut pre-
dictum est / Et iterum alia scriptura dicit / de eius crucifixione Zach. 12 c°
12 videbunt in quem transfixerunt littera communis habet aspicient
ad me quem transfixerunt / Propheta enim loquitur in persona christi
loquentis in prima persona / Sed evangelista refert illud ad christum
loquentis in 3a et eadem est sententia Illa autem crucifixione prophetica erat // transfixio
in lancea longinei / Sed hoc videbitur a iudeis in iudicio futuro // videbunt
quia cicatrices vulnerum reservate sunt in corpore christi resurgentis
non solum ad certificationem sue resurrectionis ostendendo illas cicatrices apostolis
sed etiam ad convincendos iudeos in futuro iudicio de peccato sue mortis

Post hec autem rogavit pylatum ioseph ab arimathia eo
quod esset discipulus ihesu / occultus autem propter metum iudeorum
ut tolleret corpus ihesu / et permisit pylatus / Venit ergo et
tulit corpus ihesu / Venit autem et nicodemus qui venerat ad
ihesum nocte primum / ferens mixturam mirre et aloes quasi
libras centum / Acceperunt ergo corpus ihesu et ligaverunt
eum linteis cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire
Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus / et in orto
monumentum novum in quo nondum quisquam positus fuerat
Ibi ergo propter parasceven iudeorum quia iuxta erat monumen-
tum posuerunt ihesum

Hic igitur agitur de christi sepultura / que fuit gloriosa secundum quod erat pre-
dictum ysaie 11 Et erit sepulchrum eius gloriosum quamvis mors precedens
fuit ignominiosa / Et hoc est quod dicitur / Post hec autem rogavit
pylatum ioseph / Erat enim ei familiaris cum esset nobilis decurio
ut habetur Marci 15 et ideo securius eum rogavit / ab arimathia oriundus
eadem est civitas que primo regum primo dicitur Ramatha / de qua
fuit samuel eo quod discipulus esset ihesu / fidelis credens eius doctrine
occultus autem propter metum iudeorum / Ante enim passionem christi eo
imperfectionis timebat de synagoga expelli quod erat ignominiosum
si confiteretur christum / tamen post passionem ferventior factus exemplo christi
audacius manifestatus se volens christum honorifice sepelire ipso se-
ut tolleret corpus ihesu ad sepeliendum et permisit pylatus / tum propter
reverentiam petentis tum propter innocentiam christi passi quia ipse cog-
noverat / Venit ergo et tulit corpus ihesu de cruce / Corpus enim
dampnatorum non poterat sepeliri nisi de licentia presidis / Venit
autem nicodemus qui venerat ad ihesum nocte ut supra dictum est 3o
capitulo ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centum / Iste ni-
codemus ante passionem christi sicut ioseph erat discipulus ihesu occul-
tus sed post passionem eo fervencius se manifestavit / sicut et ioseph
Credendum est quod licet eo devotione istam unctionem faceret videtur tamen
quod plenam noticiam de resurrectione christi non haberet quod de eo erat scriptum pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_122/0955

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG